

1426. u. 23. Novembriis.

Ex Libro Privilegiorum
Capit. Cracoviensis

413.

Littere Alberti Jastrzeambiecz
Archiepiscopi Gnesnensis continen-
tes transumptum Privilegii Ori-
ginatis Casimiri Ducis Theschi-
nensis, super villis decem inter
vitorio Severieni consistentibus,
ab omni servitute, datia, et tri-
buto liberis, postmodum Ecclesia
et Episcopo Cracoviensi Venditis.

In Nomine Domini Amen. Nos
Albertus Dei Gratia Sancte Gne-
snensis Ecclesie Archiepiscopus et
Primus. Ad omnium et singulorum
quorum interest notitiam deducimus
per presentes. Quod nobis tam nostra
auctoritate Metropolitana, quoniam etiam
precepto Apostolico Offitium Visitationis
per nostram Provinciam Gnesnensem agen-
tibus, ac in hujusmodi Visitationis Officio
in civitate Cracoviensi constitutus Reveren-
dus in Christo Pater Dominus Rigueus
Episcopus Cracoviensis nonnullis Canonis
de Capitulo suo sibi assistentibus in no-
stra presentia constitutus, die et hora
inferius annotatis, quoddam Privilegium
authenticum de arario, sive thesaura-
rio Ecclesie Cracoviensis; receptum, sub ti-
tulo

91

~~~~~

tulo bone Memorie olim Kasimiri Ducis  
Theschinensis exhibuit et produxit, cujus  
tenor sequitur in hec verba. Nos Kasimirus Dei Gratia Dux Theschinensis  
Ad Universorum notitiam tam presentium,  
quam futurorum volumus devenire. Quod licet humani Generis hoste maligno Suggestente in bonis Ecclesie  
sive Sacerdotum situatis in nostro territorio Sierociensi aliqua servitia exactio-  
nes, sive Collectas pro aliquo tempore  
de Jure tamen nobis non competenti  
et minus juste sustulissimus. Ideo  
ad viam Justitie et veritatis redentes  
recognoscimus omnia bona, sive villas  
premonstratas Ecclesie scilicet propositas  
in dicto territorio Sierociensi, scilicet Brudonice,  
Przeziere, Toporowice, Mirzan-  
czere, Targoszyce, Ozorowice, Nadreschow,  
Brzuchonice, Zora Lubianki, ab omnibus  
Solutionibus, dationibus, exactionibus, col-  
lectis Rationibus, servitiis seu angariis  
pre angariis, quibuscunque nominibus  
censeantur, a nobis et a nostro Ducatu  
sive Dominio esse soluta perpetuo et  
et exempta, prout alias a nostris pre-  
decessoribus libera habebantur promittentes  
has serie literarum bona fide deinceps  
in villis

415.

in villis prænominatis prout sunt in suis  
circumferentiis terminis et limitibus distin-  
cte et locatæ, neque ab incolis habitan-  
tibus ibidem aliquam collectam pete-  
re aut petitam extorquere, nec aliqua  
servitia optare, aut optata exercere,  
sed in jure libertatis, qua antiqui-  
tas fruebantur, eos laudabiliter per-  
petuis temporibus volumus conser-  
vare. Insuper promittimus dictarum  
villarum hominibus querulantibus  
de nostris subditis super violentiis  
furto et injuriis seu raptibus, ac aliis  
maleficiis, atque rebus quibuscunque,  
quociens necesse fuerit per nostros  
Judices ejusdem Sieroviensis Districtus  
facere fieri justitiæ complementum.  
In cujus rei testimonium præsen-  
tem literam nostri Sigilli majoris  
robore dedimus roboratam. Actum  
et Datum in Theschin in die Bea-  
te Dorothee Virginis et Martyris,  
anno Domini Millesimo trecentesimo  
quinquagesimo Septimo. Præsen-  
tibus testibus videlicet Domino Bol-  
bone Canonico Wratislaviensi, Do-  
mino Derscone de Wencivilla, et  
Domino Cracone de Schenberg mili-  
tipus

tibus nostris Zegotha de Benconica,  
Dobeslao Iudice Curie nostre, et Andrea  
Zilgrim, aliisque multis fidedignis. Cui  
quidem privilegio sigillatum autenticiam  
oblonga figurae de cera tota alba  
communi filis serici rubei coloris est  
appensum. In cuius medio imago  
armari sinistra demissum tenens cli-  
peum, in quo aquila alis extensis  
ad volandum est expressa, dextra vero  
manibus a corpore protensa, et ac-  
tatus dextrum corporis sui reflexa  
et affixa. Alteram aquilam habens  
supra caput similiter alis extensis  
expressis sculpta cernitur. In extre-  
mitate autem sigilli ejusdem titulus  
litteris capitalibus sculptus legi ad-  
plenum non poterat paucis sal-  
vis in principio, et in fine litteris  
extantibus, privilegioque ipso in  
omnibus aliis salvo, et omni caren-  
te suspicionem. Exhibita itaque nobis  
et presentato dicto Privilegio, Praefatus  
Dominus Episcopus Cracoviensis coram  
nobis exposuit. Quod cum pro Ec-  
clesiae suae Cracoviensis causis et  
negotiis, ac immunitatibus et Juri-  
bus defendendis, tam in Curia Roma-

na  
na  
na  
na  
na

417.  
na, quam etiam in partibus extra Re-  
gnum Poloniae in Judiciis et extra judi-  
cia illo habeat necesse uti, et Ecclesi-  
am suam juvare ex eodem, sitque  
sibi, et ipsi Ecclesiae periculorum dictam  
Privilegium extra dictum Tesaurarium  
Ecclesiae et Regni Poloniae, propter in-  
securitatem, et discrimina viarum  
pro hujusmodi causis, et negotiis  
tractandis saepius deferre, et portare  
cum instantia petuit, quatenus dicta  
auctoritate nostra Metropolitana, Privi-  
legium ipsum eo quod etiam vetu-  
state consumi incipiat, ut manifestum  
est in sigillo sibi appenso exempla-  
ri faceremus, et transire cum inter-  
positione nostrae auctoritatis et De-  
creti. Nos itaque Petitionem dicti  
Domini Episcopi fore justam et con-  
sonam rationem attendentes: recepto per nos  
dicto privilegio et viso, quod ut praes-  
fertur ex vetustate et exinanitione  
carce in extremitate consumi incipiat  
Privilegium ipsum Magistro Andrea  
Derstai nostro infrascripto Publico  
Notario commisimus, de verbo ad ver-  
bum nihil addendo vel minuendo,  
quod sensum viciet et variet intelle-  
ctum

ctum fideliter transsumi, et legaliter exem-  
plari. Et quia transumptum presens, et  
exemplum hujusmodi, per dictum Ma-  
gistrum Andreanum Novium factum,  
collatione cum Originali Desuperhabita,  
et auscultatum reperimus, in omni-  
bus et per omnia, nihil addito vel  
minuto, ut profertur cum eodem Ori-  
ginali concordare. Idcirco servatis  
circa hec servandis ipsi presenti tran-  
sumpto aut horitatem nostram inter-  
ponimus, et interponimus ac Decretum.  
Volentes et decernentes, quod eadem ubi-  
que locorum in Judiciis et extra ste-  
tus, et fides plena adhibeatur, que  
Originalibus ubi exhiberentur, pos-  
set, et deberet adhiberi. In quorum  
omnium fidem et testimonium pre-  
sentes nostras interpositiones Decreti  
litteras, seu presens publicum In-  
strumentum, hujusmodi Decretum  
nostrum in se continens, per dictum  
Magistrum Andreanum Notarium  
Subscribi et publicari mandavimus,  
nostrique Majoris appen. sigilli  
communiri. Actum et Datum Prætorie  
in Domino Venerabilis Viri Alberti  
Jastrzeubicez Drapeouti Sancti Floriani

ni  
=====

in Craovien: die 23. Mensis Novembrii  
 sub Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, In ditione  
 quarta, Pontificatus Sanctissimi in  
 Christo Patris Domini Nostri et Domini  
 ni Martini Papae Quinti, Anno de-  
 cimo hora 7. tertiavum. Presentibus  
 Honorabilibus Viris Andrea My-  
 szka Scholastico Gnesnensi, et Joanne  
 de Roziebrody Canonico Craoviensibus,  
 Michaele de Thancryn Officiali Cu-  
 rieloviensi, et Nivegnes Strescouis  
 de Dobra Perico nostra Diocesis  
 Gnesnensis Notariis Publicis testi-  
 bus circa praemissa

Et ego Andreas Derstai de  
 Jaerkowo Clericus Gnesnensis Dio-  
 cesis Publicus auctoritate Imperi-  
 ali Notarius, Prefatusque Breve-  
 rendissimi in Christo Patris et Do-  
 mini Domini Alberti Archiepisco-  
 pi Gnesnensis et Primatis, feutiq[ue]  
 hujusmodi coram eo scriba. Quia pre-  
 dictis Privilegiis exhibitioni, petiti-  
 onibus, Decreti, interpositioni, omnibusq[ue]  
 aliis promissis, una cum praenomina-  
 tatis testibus praesens interfui, eaq[ue]  
 sic fieri vidi et audivi. Ideo aliis

negotiis  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_  
 \_\_\_\_\_

negotio occupatus presens transsum-  
ptum per alium fideliter scribi pro-  
curavi, factaque auscultatione dili-  
genti, et huiusmodi transumptum  
cum literis Originalibus nihil ad-  
deudo, vel minuendo, quod facti im-  
mutet substantiam, vel variet intel-  
lectum in omnibus reperi concordare  
me huius manu propria subscripsi,  
et in hanc publicam formam re-  
degi, signoq; et nomine meis solitis,  
una cum appensione sigilli Ma-  
joris Prefati Domini Archiepi-  
scopi Inesneensis, consignavi, in fi-  
dem et testimonium presentium  
manuscriptorum. ~.